



S Conradus ex illustri comitum Sueuiæ familia natus est, ex quibus etiã Guelfones procreati sunt. Pater eius erat Heinricus comes in Altorff, & Etico auus, atq; mater Beata, comitissa de Hochenuart. Ab ijs ergo Conradus optimis literis ab ineunte ætate institutus, & in uera pietate educatus fuit. Postea uerò ad Constantiensem Ecclesiam promotus, eius collegij præpositus ordinatus est. Is enim eruditione & pietate cæteros omnes superabat. Cum autem eo tempore, anno Domini circiter 930. Ottone magno Imperiũ Romanorum administrante, multi ex Europa religionis gratia in Syriam peregrinarentur, ut sepulchrum Domini & loca sancta inuiserent, Conradus quoq; ter iter illud periculosum ingressus perfecit, atq; semper incolumis domum redijt. Paulo post Nothingus præsul Constantiensis mortuus est. Eo cum uocatus esset S. Huldricus præsul Augustanus, statim Cõradi doctrinam & pietatem admiratus, sua autoritate effecit, ut S. Conradus Episcopus anno 935. eius loci eligeretur. quam tamẽ functionem multis laboribus oneratam inuitus adijt. Verùm Huldrici precibus uictus obtemperauit, atq; sedulò de uera religione propaganda & restauranda cum eo contulit. cum etiam araneam in calice sumpsisset, eam postea illæsus reddidit.

chrum Domini & loca sancta inuiserent, Conradus quoq; ter iter illud periculosum ingressus perfecit, atq; semper incolumis domum redijt. Paulo post Nothingus præsul Constantiensis mortuus est. Eo cum uocatus esset S. Huldricus præsul Augustanus, statim Cõradi doctrinam & pietatem admiratus, sua autoritate effecit, ut S. Conradus Episcopus anno 935. eius loci eligeretur. quam tamẽ functionem multis laboribus oneratam inuitus adijt. Verùm Huldrici precibus uictus obtemperauit, atq; sedulò de uera religione propaganda & restauranda cum eo contulit. cum etiam araneam in calice sumpsisset, eam postea illæsus reddidit.